



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 46. Wirtembergici Ducis promissa utrius Principi facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

§. XLVI.

*Wirtembergici Ducis promissa utriusque  
Principi facta.*

*Thuan. l.c.*

Hoc sermone ambo Lutheranorum Ministri expugnabantur, cumque sua ingenii perspicacia haud obscure cognoscerent, quod Cardinalis unice exoptet, ut nec Wirtembergicus Dux, nec ceteri Principes Protestantes bello contra Calvinistas in Galliis adornando sese impli-  
carent, hinc tam validis rationum momentis Duce adoriebantur, ut Guisio Duci, ejusque Fratri Cardinali fidem daret, quod cuncta ab eis proposita rata habeat, atque apud suæ factionis homines id effecturus sit, ut Genevensem Confessionem, quæ procul dubio magnos tumultus excitatura esset, in Galliis recipi præpedirent, ea tamen lege, ut emendandæ Religionis negotium simul promoveretur, nec interea mulctis, aut proscriptionibus, & suppliciis in eos, qui a Pontificis obsequio defecissent, ageretur. Hoc colloquio ambo Lotharingii Principes admodum contenti Jon-  
villam

nationi Gallicæ maximam labem inusserit, ac si bimeti ipsi repugnaverit, cum variis in locis immotum Franciæ obsequium erga Romanam Ecclesiam, ac fidei Orthodoxæ conservandæ studium plenis buccis deprædicaret.

villam, ubi aliquamdiu subsistere de- Sæc. XVI.  
 creyerant, revertebantur: cum autem A.C. 1562.  
 Guisius Dux literis à Navarræ Rege ac-  
 ceptis rogaretur, ut in aulam quam-  
 primum rediret, eoquod ejus præsentia  
 oppido necessaria esset, hinc quantocius  
 sese itineri accinxit.

## §. XLVII.

*Vassiacensum, & Guisanorum  
diffidia.*

Interea casu res accidit, quæ rebus ad *Thuan.* l. 6.  
 apertam rebellionem inclinantibus *Aubigné* l. 3.  
 ingens momentum attulit, belloque ci- cap. I.  
 vili initium dedit: erat enim in Campa- *Belcar.* l. 6.  
 niæ finibus in Catalaunensi Diœcesi exi-  
 guum oppidum nomine Vassiacum al-  
 tis mænibus munitum, ac Calvomontii  
 in Bassigniacensi agro Præfectura, &  
 præsidiali Curia ornatum: porro hujus  
 oppidi incolæ querebantur, quod ple-  
 rique pagi, ut Jonvillæ Principatus am-  
 plificaretur, avulsi fuissent. Ceterum  
 in hac urbe jam tum publice a Protes-  
 tantibus habebantur conciones, ipso-  
 rumque ritu in quodam loco prope Ec-  
 clesiam Cœna administrabatur, ad quam  
 quandoque plusquam mille ducenti hæ-  
 retici confluebant: cum vero proprium  
 Ministrum nondum haberent, quemdam  
 Trecis, ubi Episcopus Calvinistis aperte  
 favebat, accersebant: tunc autem Leo-

E e 5 nar-